



Ralle



1731, 28. 9. num. 47. P. F. 6. 1. 2.

DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>O</sup> IN AVGVRALIS JVRIDICA

34

# DE ACTIONE HYPOTHECARIA CONTRA TERTIVM POSSESSOREM INSTITVENDA,

QVAM,  
AVXILIANTE NVMINE DIVINO,  
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO,  
PRÆNOBILI, AMPLISSIMO ATQUE CONSULTISSIMO

DN. TOBIA JAC. REINHARTH<sup>O</sup>,

JCTO, SACRI PALATII CÆSAREI COMITE, JVRID. FACVLT. ASSESSORE  
ET PROFESS. COD. PVBL. ORDIN. CIVITATIS STNDICO  
ET CONSULE,

IN PERANTIQUA ERFFVRTENSI VNIVERSITATE  
INDVLTV ILLVSTR. JCTORVM ORDINIS,

SVB PRÆSIDIO

DN. RVDOLPHI HENRICI Sieglers/

J. V. D. PROFESS. PVBL. ORDIN. ET COLLEG. SAXON.

DECAN.


PATRONI SVI SVMME DEVENERANDI,  
PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES  
RITE ADIPISCENDI,  
PVBLICÆ ERFDITORVM CENSVRÆ SVBMITTIT  
AVTOR ET RESPONDENS

KÖNIGFRED  
UNIVERS.  
ZV HALLE

Friedrich Hartmann Wachsmuth / Not. publ. Cæs. jur.  
Longosalissensis.

LOCO HORISQVE CONSVETIS,  
DIE XVII. AVGUSTI A. M DCC XXXI.

ERFORDIAE, Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGH, Acad. Typogr.





DISSERTATIONIS INAVGVRALIS JVRIDICÆ  
DE  
**ACTIONE HYPOTHECARIA**  
CONTRA TERTIVM POSSESSOREM  
INSTITVENDA

*PROOEMIVM.*

**C**um leges XII. Tabb. admodum breves essent, nec omnes casus, qui infiniti sunt, minima circumstantia jus varian-  
te L. 10. ff. de LL. compre-  
hendere possent; Praetores  
supplendi, adjuvandi, corrigendi juris civilis au-  
toritatem habuerunt, vivaque vox juris civilis  
dicti sunt, L. 1. & 8. ff. de Just. & Jur. Hinc va-  
rias in jure propter æquitatem naturalem æque  
A 2 ac

ac utilitatem publicam, actiones v. g. Publiciam, Rescissoriam, Paulianam, de constituta pecunia, de peculio, quod metus causa &c. introduxerunt. Hac ratione, cum jure civili contra possessores rerum nobis oppignoratum nulla dabatur actio, quia partim neque ex contractu, neque ex delicto vel quasi, nobis obligati erant, partim quia ex pacto nudo nulla actio nascebatur, quod tamen Prætori iniquum videbatur, pignus habere & illud libere persequi non posse, atque hac ratione inutile fieri pignus, etiam actio hypothecaria, de qua in hac Dissertatione pluribus, introducta est. HOPP. & POMERESCH. ad §. 7. *Inst. de action.* Sed antequam me ad ipsam rem converto paucis de Etymologia vel derivatione Tituli dissertationis mee agam.

## §. I.

**Etymol.** **D**erivatur actio ab agendo seu ducento, quia olim actores ducebant reos etiam invitatos obtorto collo in judicium, communiter definiri solet: Est jus persequendi in judicio, quod sibi debetur §. 7. *Inst. de act.* Proprie autem actio non est jus i. e. facultas, nam ipsum jus persequendi descendit vel ex jure in re vel jure ad rem, ex quo actiones oriuntur, & sic

( 5 )

sic actio existeret à se ipsa, si esset jus vel in re vel ad rem. Ipsa autem actio esset jus agendi, si esset jus persequendi; quo minus autem jus seu potentia agendi & persequendi potest esse ipse actus seu actio & persecutio, eo minus actio potest definiri per jus agendi, nisi causaliter & impropriamente contra regulas bonae definitionis, si nempe jus hoc loco sumatur pro remedio juris, melius itaque, quod sit petitio judicialis T. REIB. ad §. 1. Inst. de action. Hypothecaria ab hypotheca, ~~inveniuntur~~, quod est vocabulum græcum & deriyatur à præposit. ~~in~~ & arist. 1. ~~in~~ verbi ~~in~~ pono; Est vero hypotheca jus in re creditori in securitatem debiti constitutum LAVTERB. Comp. ff. de pignor. Et hypoth. p. m. 402. Possessor à verbo possideo, & possessor est, qui rem corporalem detinet animo sibi habendi.

### §. II.

Actio hypothecaria est præatoria, realis, qua creditor rem oppignoratam adversus quemcunque posses-  
forem persequitur. §. 7. Inst. de act. allegar. LAVTERBACH.  
Comp. jur. loc. cit. p. m. 403. Est vel Serviana, à Servio  
Prætore ita dicta, qua locator prædii rustici res coloni  
pignoris jure sibi obligatas persequitur. §. 7. Inst. de act.  
vel quasi Serviana, qua creditores res sibi obligatas per-  
sequuntur. dict. §. 7. Inst. de act.

### §. III.

Differt ergo a pignoratitia actione in specie sic di- Different.  
ffā, quæ demum soluto debito, datur debitori, ad re-  
cuperandum pignus; hypothecaria vero datur credi-  
tori ad persequendam rem oppignoratam, nam pignus

traditur creditori, hypothecæ vero possessio manet penes debitorem & creditor tantum jus in re habet constitutum §. 7. Inst. de act. & L. 9. ff. de pignor. act. quamquam in sensu latiori vocabulum pignoris significat & hypothecam & pignus in specie sic dictum, & sic inter pignus & hypothecam tantummodo nominis sonus differt L. 5. §. 1. ff. de pign. Quando autem sumitur pro contractu reali, tunc spectat ad jus ad rem, quando vero pro jure in re i.e. hypotheca, tunc spectat ad jus in re, & sic omnino differt hypotheca à pignore.

## §. IV.

Differet à Salviano interdicto, 1) quod actio hypothecaria sit ordinarium medium seu petitorium, Salviantum interdictum vero summarium seu professorium 2) quod in hypothecaria probandum sit rem oppignoratam tempore oppignorationis in bonis sive dominio debitoris fuisse. L. 15. §. 1. ff. de pign. quamquam alii existimant, tantummodo probandum esse, quod debitor tempore oppignorationis rem bona fide & justo titulo possederit arg. L. 18. ff. de pignor. STRUV. Synt. jur. civ. Exerc. 26. lib. 37. hucque etiam pertinere regulam: Quoties dominium probandum est incidenter, toties etiam ex possessione probari potest, & sic verba leg. 15. in bonis debitoris fuisse de bona fide & justo titulo explicanda esse. BERGER. Oeconomia jur. lib. 2. tit. 5. §. 12. not. 3. in Salviano interdicto sufficiat probasse debitorem rem oppignorasse & tempore oppignorationis possedisse. GAIL. 2. obs. 26. n. 1. 3) quod actio Serviana & quasi Serviana contra quemcunque possessorem dentur, L. 16. §. 3. ff. de pignor.

pignor. ZOES. ad ff. de Salviano interdict. n. 4. interdictum Salvianum vero contra eum foliummodo, qui causam habet ab oppignerante L. I. Cod. de precar. & Salvian. interdict. Usu fori tamen contrarium receptum esse monet BERGER. in Resolut. Leg. obſt. p. m. 779.

## §. V.

Datur illis, qui hypothecam habent constitutam, Cui competat  
sive sit tacita sive expressa BERGER. Oeconom. jur. lib. 2. actio hypo-  
tit. 5. §. 14. not. 1. Ast in Saxonia Elect. tacitæ hypothecæ thec.  
Ord. Jud. Sax. Rec. tit. 45. §. 1. Imo & hypothecæ  
rerum mobilium sive judicialiter sive extrajudicialiter  
constitutæ sint dict. Ord. Sax. Jud. Rec. tit. 44. §. 2. plane  
abrogatae sunt.

## §. VI.

Sed ut redeam ad thema meum: an contra tertium quoque possessorem detur actio hypothecaria? & sciendum est jure novo contra tertium possessorem, ad quem debitore alienante pervenit hypotheca, non posse moveri hanc hypothecariam actionem, nisi prius debitor ejusque heredes actione personali, nimirum conditione certi ex mutuo, imo & fidejussores actione ex stipulatu conventi, atque excussi sint. Nov. 4. cap. 2. Autem hoc si debitor Cod. de pignor.

## §. VII.

Solent tamen Doctores distinguere inter hypothecam generalem & specialem, & si res specialiter obligata est, tunc creditori immediate, ne prius excutiendus sit principalis debitor, actionem hypotheciam Excepit.

riam contra tertium possessorem concedunt, Nov. 112.  
 cap. 1. vers. ab hoc autem &c. CARPZ. P. 2. Const. 18. § 19.  
 § L. 2. Resp. 72. HAHN. ad Wensenb. tit. de distract. pi-  
 gnor. n. 1. STRYK. ad Lauterbach. Comp. jur. alleg. loc.  
 not. Speciali, HOPP. ad §. 7. Inst. de act. SWEN DEN-  
 DÖRFF. ad Fibig. p. m. 353. TREIB. ad §. 7. Inst. de act.  
 dissentit LAVTERB. in Collegio theor. pract. lib. 20. tit. 1.  
 §. 74. & STRUV. in Synt. jur. civ. Exerc. 26. ib. 38. ibi  
 verbis: quod nonsolum in generali sed etiam specia-  
 li &c. atque hunc JCTi Jenenses, Lipsienses vero Carp-  
 zovium sequuntur, teste BERGER in Oeconom. jur. lib. 2.  
 tit. 5. §. 13. not. 4.

### §. VIII.

Sed re accuratius inspecta, quanquam contraria  
 sententia usu fere comprobata sit, non est cur à Carp-  
 zovio recedamus; Nam licet inscriptio capitinis prædi-  
 ctæ Novellæ sit de litigiosis & de illis agatur, hanc  
 constitutionem de specialibus hypothecis tamen diser-  
 te Imperator inde separat, vers. ab hoc autem &c. &  
 argumenta ex rubricis & inscriptionibus desumpta, sunt  
 valde lubrica atque debilia HARTM. PISTOR. II. Quest. 36.  
 num. 34. quia Imperator Justinianus sæpe angustiores,  
 aliquando prolixiores & inanes rubricas suis titulis &  
 constitutionibus præfixit. Cum autem creditoris con-  
 ditio per alienationem hypothecæ specialis longe de-  
 terior reddatur, quam per alienationem generalis hy-  
 pothecæ, videtur ergo magis consulendum esse hy-  
 pothecario speciali, quam generali, BERGER Resolut. leg.  
 obst. p. 455. circ. fin. Deinde Imperator novelli quid,  
 siue novi juris inducere voluit, quod ipsa appellatio  
 No-

Novellæ indicat, quodque ex verbis: *decernimus, præcipimus patescit; & sic Novella posterior II. dero-*gat priori Novellæ 4. quæ de generali solummodo hypotheca loquitur C V JAC. lib. 8. obs. 19. sicutque sententia Carpzovii merito sententiæ Struvii est præferranda. Et sic etiam ab Inclyta Facultate nostra Juridica ao. 1730. mens. Aug. in causa des C. N. O. contra N. G. M. pronunciatum fuit, per verba: *Dieweil in praxi meist derer JCtorum Meinung recipiret ist, daß ratione hypothecæ specialis der Possessor mit dem beneficio ordinis sive excussionis sich nicht schützen könne ic. ic. quam sententiam secuti sunt in eadem causa JCti Helmstadienses ao. 1731. mens. Mart. sequentibus: Anerwogen die erste Exception nemlich ordinis sive excussionis derer mehrern Rechts-Lehrer bewährten und in praxi recipierten Meinung nach in hypotheca speciali nicht statt findet ic. ic.*

## §. IX.

Cessat etiam in generali hypotheca beneficium excussionis, quod principalis debitor non prius sit excutiendus, sed creditor hypothecam à tertio possessore, si hic sit emtor, secus si in pari jure v. g. aliquis ex concreditoribus hypothecariis, statim repetere possit, si nempe tertius possessor sciens rem oppignoratam comparaverit, quia in mala fide & propterea beneficio juris indignus est. CARPZOV. P. 2. Const. 18. def. 19. STRUV. Synt. jur. civ. Exerc. 26. thes. 38. STRYK. ad Lauterbach. Compend. jur. ff. cit. loc. not. excutiendi, HOPP. ad §. 7. Inst. de act.

Cessat beneficium excussionis,

## B

## §. X.

## §. X.

Cessat porro beneficium excussionis, si debitor principalis vel fidejussor notorie non sit solvendo CARPZ. L. 2. Resp. 71. quia excusio non fit in alium finem, nisi ut appareat, an debitor solvendo sit, nec ne? hæc autem notorietas constat, si debitor juramentum paupertatis præstiterit, vel ostiatim vadat, vel si ipse met ejusque fidejussor jurent nulla bona debitoris adesse, vel per famam, CARPZ. P. 2. Conf. 18. def. 15. LAUTERBACH. Colleg. theor. pract. lib. 20. tit. 1. §. 75. vel si sit absens & in loco remoto commoretur, ne facile conveniri queat. CARPZ. l.c. def. 20. & lib. 2. Resp. 72. STRUV. Synt. jur. civ. Exerc. 26. thes. 38. vel si per Constitutum possessorum debitor nomine creditoris hypothecam possideat, quo ipso facultas alienandi adimitur in casum non soluti debiti, STRYK. ad Lauterb. Comp. jur. sepius c. l. not. excutiendi STRUV. Jurisprud. R. G. lib. 2. tit. 25. §. 20. vel denique si pactum de non alienando hypothecæ appositum sit. CARPZOV. P. 2. Conf. 23. def. 34. STRUV. Synt. jur. civ. l.c.

## §. XI.

In Saxonia Electorali hypothecæ generales, sive sint judicialiter sive extrajudicialiter constitutæ, & extra jud. abrogatae sunt tam in bonis mobilibus, quam immobiliis, tam in cursibus creditorum, quam extra istos, contra tertium possessorem plane non valent Ord. Jud. Sax. Rec. tit. 44. §. 1. Imo hypothecæ extrajudiciales, licet coram duabus aut tribus testibus constitutæ sint, omni effectu destruuntur. Ord. dict. tit. 46. §. 1.

X.

§. XII.

## §. XII.

Circa petitionem in libello actionis hypotheca-  
riæ distinguere solent, utrum ea contra debitorem an <sup>Quomodo</sup> petum for-  
contra tertium pignoris possessorem instituatur; prio-  
ri casu alternativam petitionem, nempe ut vel solvatur  
debitum, vel pignus restituatur, admittunt, quia sic  
quodammodo, concurrunt duæ actiones nempe per-  
sonalis & realis. BERGER Oeconom. jur. lib. 2. iii. 5. §. 12.  
not. 3. ast posteriori casu secundum hodiernum stylum  
eiusmodi petitio rejicitur, hac ratione, quod actio hy-  
pothecaria realis sit, L. 17. ff. de pignor. atque adeo citra  
respectum ad obligationem adversus possessorem, qui  
nihil contraxit & ex debitoris obligatione conveniri  
nequit, detur, SVENDENDÖRFF. ad Fibig. pag. 273. lit.  
K. LAVTERB. Colleg. theor. pract. lib. 20. tit. 1. §. 76. dis-  
sentit CARPZO V. P. 1. Conſt. 2. def. 9. n. 1. pluribus vi-  
deatur hac de re BERGER. Resolut. leg. obſt. pag. 904.  
seqq. Satis tamen esse prædictum stylum retinere,  
puto, qui sic concipitur: Dass Beklagter Klägern das  
zum Unterpfand eingesetzte Guth so lange, bis er we-  
gen seiner habenden Forderung an Capital und Zinsen  
vollständig befriedigt worden, abzutreten und einzuräu-  
men schuldig, BERG. Oeconom. jur. cit. loc.

## §. XIII.

Præscribitur huic actioni hypothecariæ extraneo <sup>Præscriptio.</sup>  
bona fide possidente, longo tempore nempe decem  
vel viginti annis L. 2. Cod. ſi adverſ. cred. præscript. opp.  
jure Saxonico vero 30. annis 6. hebdomatibus & 3. die-  
bus, mala fide de jure civili 30. annis ad effectum ex-

B 2

cipien-

cipiendi L. 7. Cod. de prescript. 30. vel 40. annos. quod etiam obtinet in Saxonia cum additamento tamen anni & diei, ast contra si debitor & ejusdem heredes pignus possideant 40. annis dict. L. 7. §. 1. quod & in Saxonia obtinere videtur arg. P. 2. Conf. 5. Confer. BERGER. Oeconom. jur. lib. 2. tit. 5. §. 16. STRUV. Synt. jur. civ. Exerc. 26. th. 40.

## §. XIV.

**Ratio.** Quod vero juri pignoris præscribendo longius tempus quam ipsi debito principalí statutum sit, hanc rationem dat Struvius, quod præscriptio debiti rarius à tempore contractus, à quo tamen nec ipso præcise incipit, sed à postrema exactione initium capiat; præscriptio autem hypothecæ fere semper ab initia hypotheca, quia sic hypotheca plerumque simul debito contracto constituitur, ejusque præscriptio prius incipit, merito longius tempus ei finiendæ destinatum est, ne alias prius absolveretur præscriptio hypothecæ, quam debiti ob tardius initium STRUV. Synt. jur. civ. Exerc. 26. thes. 40. Strykius verò hanc dat rationem, quia in persona debitoris duplex obligatio concurreret, prima, qua debitor est, quæ durat 30. annos, secunda, qua pignus possidet, quæ decem annos durat. STRYK. ad Lauterb. Comp. jur. l. c. not. XL. annis.

## §. XV.

**Objec.** Sed objicitur, quomodo sublato debito per 30. annos hypotheca adhuc subsistere possit? & respondeatur jus hypothecæ, ex propria sua natura, qua constat

stat, juxta quam non aliter cessat, quam si soluta sit pecunia aut creditori satisfactum, sustinetur, L. 13. §. 4.  
ff. de pignor. STRUV. l. c. & per hunc Autor. allegat.  
& denique sublatu debito per præscriptionem 30. annorum nihilominus remanet debitum naturale, naturali vero obligationi accedere potest hypotheca, STRYK.  
ad Lauterb. Comp. Jur. l.c.

## §. XVI.

Hoc unum adhuc addam, an creditor vi conventionis non requisito magistratu, propria autoritate vi conventio-  
fundum oppignoratum occupare possit? An creditos  
guendum, aut debitor apprehendenti non resistit, & fundum op-  
era vi pacti recte ingreditur possessionem, & perinde pig. occupa-  
re possit.  
Exerc. 26. ib. 41. aut resistit, & tunc negandum videtur.  
L. 3. Cod. de pignor. ibi verbis: attamen autoritate præ-  
sidis possessionem adipisci debent, verba vero dictæ le-  
gis: qui conventionis legem ingressi possessionem exercent, tan-  
tummodo de excusatione à crimine violentiae & poe-  
na legis 13. ff. quod mer. causa intelligenda sunt. vid.  
BERGER. Resolut. Leg. obſt. pag. 459. ut enim pignus  
alicui resistenti vi eripiatur, nulla pactione inire licet  
L. ult. ff. ad Leg. Jul. SVENDENDÖFF. ad Fibig. p. 942.  
obstare videtur L. 11. Cod. de pignor. act. sed lex dicta  
non disquirit, utrum creditor propria autorita, rem  
occupare; sed an debitor soluto debito pignus repe-  
tere possit, & sic dicta lex non loquitur de pignoribus  
occupandis, sed repetendis, ibi enim verba restitui de-

B 3

bere


bere, vid. BERGER. *Resolut. leg. obſt. loc. cit.* CARPO-  
VIVS tamen P. I. *Conf. 32. def. 27.* & lib. I. *Resp. 5.* &  
perhunc autor. alleg. existimant, pactum de ingredien-  
do propria autoritate in possessionem bonorum debi-  
toris subsistere posse, rati tamen consultius esse, si judi-  
cis autoritas adhibeatur. LAVTERB. *Colleg. theor. præf.*  
*lib. 20. tit. I. §. 63.*

## §. XVII.

## Conclusio.

Plura quidem addi possent, nisi temporis penuria  
obstaret, maxime cum propositum meum fuerit, tan-  
tummodo dissertationem Academicam, non integrum  
tractatum, de hac materia scribere, ulteriora videri &  
colligi possunt penes sèpius citatos Autores, quorsum  
B. L. remitto, & si quid forsitan displicuerit, me semi-  
per meliori aliorum judicio adductis rationibus  
submitto.

SOLI DEO GLORIA.



Chre

Ehre, Geld und Reichthum machen denen mehr-  
sten Menschen Muth,  
Unmuth aber folget drauf, weil die Absicht sel-  
ten gut.

Er / Wohl-Edler/ suchet Ehre, doch die wohl ver-  
dienet ist,  
Und des Nächsten Nutzen fördert sonder aller Urge-  
list.

Folget Glück und Reichthum bald auf die neu-erlang-  
te Ehre,  
So wünsch ich, daß dieses nur Sein Vergnügen auch  
vermehre,  
Weil Vermögen ohn Vergnügen nichts ist, als ein  
eitel Guth,  
Dadurch Unruh wird gewürkt, und mit nichten  
wächst der Muth.

Werden Sie hinkünftig steh'n vor der hohen Obrigkeit,  
Allda der'r Clienten Noth proponir'n nach Billigkeit,  
Wachse nur Ihr grosser Muth, der mit aller Mach-  
verfechte,  
Wies erfordern in Thür-Sachsen, Fürstlich' und  
die Landes Rechte.

Allso schrieb aus wohlmeynden Gemüthe, sich  
dadurch in das geneigte Andenken des Herrn  
Doctorandi empfehlend

Dessen Freund,

Carl Günther Müller, J. V. C.


Non

NON tentasse animi vires didicisseque semper  
Quid prodest? Patriæ commoda nulla parit.  
At multum didicisse animi certamine vires  
Tentasse, id patriæ commoda multa parit.  
Exemplo hocce Tuo monstras Clarissime WACHS-  
MVTH

Te dignum summis laudibus esse probas.  
In nostra diligens studuisti namque Gerana,  
Nunc eadem confert premia summa Tibi.  
Ex animo hos igitur summos Tibi grator honores,  
Istis ornatum patria Te recipit.

Sic Clarissimo atque Consultissimo Domino Do-  
ctorando ex animo gratulari voluit, debuit

RVDOLPH CHRISTOPH HENNE,  
J. V. Cultor.








**ULB Halle**

3

005 367 751



VDN 8




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-831512-p0022-9

DFG

B.I.G.



1781, 28  
Pr. 9. num. 47. P. F. G. L. T.  
DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA

DE ACTIONE  
HYPOTHECARIA  
CONTRA  
TERTIVM POSSESSOREM  
INSTITVENDA,

P. M. / QVAM,  
AVXILIANTE UVMINE DIVINO,  
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO,  
PRÆNOBILI, AMPLISSIMO ATQVE CONSULTISSIMO  
**DN. TOBIA JAC. REINHARTHO,**

JCTO, SACRI PALATII CÆSAREI COMITE, JVRID. FACVLT. ASSESSORE  
ET PROFESS. COD. PVBL. ORDIN. CIVITATIS STNDICO  
ET CONSYLE,

IN PERANTIQUA ERFFVRTENSI VNIVERSITATE  
**INDVLTV ILLVSTR. FCTORVM ORDINIS,**

SVB PRÆSIDIO  
**DN. RVDOLPHI HENRICI Sieglers/**  
J. V. D. PROFESS. PVBL. ORDIN. ET COLLEG. SAXON.  
DECAN.

PATRONI SVI SVMME DEVENERANDI,  
PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQUE JVRE HONORES  
RITE ADIPISCENDI,  
PVBLICÆ ERFDITORVM CENSURA SVMMITTIT

AVTOR ET RESPONDENS

Friedrich Hartmann Wachsmuth / Not. publ. Cæs. jur.  
Longofalissenfis.



LOCO HORISQUE CONSVETIS,  
DIE XVII. AVGUSTI A. M DCC XXXI.

ERFORDIÆ, Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGH, Acad. Typegr.

